Fit etiam quandoq; Feudum ex antiquo novum  
Refutatione seu Celsione. f. 251. n. 603; ubi vide  
multiplicem distinctionem.

Fit etiam Feudum novum, si refutatum in favo-  
rem extranei concedatur his verbis: Concedo propt  
refutans illud posseferat: quia verba videtur intel-  
ligenda de pertinentiis ad rem feudalem, non de  
formalitate Feudi antiqui. f. cod. n. 604.

Si Vasallus sua bona allodialia traduceret domino  
directo, petens ut ea faciat Feudalia, incorporando  
antiquo feudo quod jam habebat, fieret Feudum  
adæquatum antiquum. f. 251. n. 605.

Quando Feudum mutaretur ex una specie in al-  
iam, v. g. ex Masculino in Femininum, ex Pro-  
videntia in Hæreditarium, fieret etenim novum,  
quatenus mutatum est. f. 251. n. 606.

In dubio, an Feudum sit Novum vel Antiquum,  
tale presumitur, quale pretendit esse Possessor,  
nisi contrarium probetur. f. 252. n. 607.

Regale Feudum est Regalis dignitatis, ut puta  
Regni, Electoratus, Archiducatus, Ducatus,  
Marchionatus, Comitatus, & etiam, ut multi  
volunt, Baronatus, à Papa, Imperatore, vel alio  
Principe Superiori non recognoscere conce-  
sum. Germanicæ, Saxonæ, Legebæ. Inferiores etiam  
Principes quandoque Regalia concedunt ex pot-  
estate à Supremo concepta. f. cod. nu. 608.

Feudum Nobile est, quod Perlonam accipiens  
Nobilitatem, vel ex annexis nobiliter arguit. fol.  
cod. n. 609.

Ecclesiasticum Feudum est, quod Ecclesia per  
suo Prælatos ab alijs, etiam secularibus, tenet &  
recognoscit. Item quod ab Ecclesiastica Persona  
sæltere Ecclesia nomine datur. f. cod. n. 610.

Feudum hæreditarium est illud, quod vigore  
Investiture accipitur pro se & hæreditibus quibus-  
cumque, tam suis, quam extraneis, sed masculis. f.  
cod. n. 611.

Feudum ex Pacto & Providentia est, quod acci-  
pitur pro se & filiis seu liberis, nullâ factâ men-  
tione hæredum quam talium. Vocatur etiam Fa-  
miliare, & est maxime proprium. cod. Mixtum  
est, quod utroque participat, quatenus acci-  
pitur pro se, liberis, & hæreditibus extraneis, sed  
masculis.

Feudum ex Pacto & Providentia manet tale, nec  
fit simpliciter hæreditarium, concessionem pro se &  
hæreditibus, adeoque non defertur successoribus Iure  
hæreditatio, sed manet in propria feudi natura,  
cum hac limitatione, ut illud filius obtinere non  
possit, nisi patri sit hæres. & ita in Germania re-  
cepimus est. Casu quo tamen filius non esset hæres,  
devolveretur ad reliquos agnatos, etiam si isti non  
essent hæredes. f. 252. nu. 612. & seqq. Est etiam  
Feudum ex pacto & providentia, etiam si potest  
in clausulis executivis inferre vox, Hæreditibus.  
f. 253. n. 613.

In dubio Feudum non presumitur Hæreditar-  
ium, sed ex Providentia, nisi confutudo habeat,  
L. 1 ut plera-

ut pleraque. sicut hæreditaria, fol. 253. num. 616.

Feudum Camera dicitur concedi, quando conceditur in Feudum certa summa pecunia singulis annis ex Camera sua, seu thesauro, vel alio Reditu. Huic simile est Feudum Cavena, si concedatur quantitas; v.g. vini vel frumenti singulis annis ex Cellario, vel horre præbenda. Horum possedit acquiritur tribus solutionibus. f. 253. n. 617. Si Camera vel Cavena exhausteretur ex culpa Principis, tenetur ex alijs bonis solvere: secundum: difterret solutio, usque dum Camera abundaret. n. 618. Transit hoc feudum in hæredes dantis, in quo differt à Fendo Soldata, quod in solidorum donatione consitit communiter. f. 254. n. 619.

Impropriorum Feudorum prima species est, Lignum, concessum à non recognoscente Superiori, compacto, ut promittat fidelitatem adversus omnem hominem, nemine præter propriam personam excepto, subiiciendo se & omnia allodialia Jurisdictioni investitans. unde non Imperator excipitur. f. 254. n. 620. De rigore non est compõsibile cum alio alterius Domini, nisi forte ex post facto, ita ut duas personas gerat, quod tamen difficile est. n. 621. Non potest hoc feudum invito domino restituti, cùm & ipsa persona sit subiecta eod.

Altera improprii Feudi species est Feudum Fratum, quod Ligio opponitur, quia conceditur cum immunitate ad alijs Servitijs in investitura non expressis. Juramentum fidelitatis præstat, nisi remittatur, & eo remisso adhuc ex Justitia tenerunt ad fidelitatem. n. 622.

Tertia species est, Feminum, in quo etiam famine succedunt, quia vel à feminis tanquam prima Vasalla acquisiti sunt, vel in Investitura expressum. Si ab aliquo alcendere fuit primo acquisiti, vocatur Maternum. Germanice Gündelchen. fol. cod. n. 623. Huc revocatur aliquod mixtum, a paucis agitant, quod simul conceditur Marito & Uxori, ut si forte sola filia superest esset, feudum pro dimidia parte esset apertum. cod.

Quarta improprii Feudi species est, Feudum Conditionatum, quādo in Investitura certa servitio præstanda exprimuntur, quō pertinet Feudum Aulicum, obligans ad officia aulica, ut Marescalli, Pincernæ, Dapiferi &c. fol. 255. n. 624. Si servitus expressa talia sunt, ad quas alij Vafalli non adstringuntur, non hoc ipso cetera communia excluduntur. cod.

Quinta species est, Feudum Caltrene, Germanice Burgfelsen obligans ad Castrum defendendum. fol. cod. n. 625.

Sexta, Feudi non Jurabile, in quo remittitur Juramentum fidelitatis. cod.

Septima, Feudum temporale, ut Guardia, Castellaria, Cancelleria. fol. cod. n. 626.

Octava, Feudum emptum, Pignoratum. Germanice, Westfalen, fol. cod. n. 627.

Feudorum materia, à quibus dari & accipi possint.

Quamvis in mobilibus feuda constitui non pos-

sint per se, in consequentiam tamen talia venire possunt. fol. 256. n. 618.

Possunt in feudum concedi res utilis secluso solo, ut Superficies, Ufusfructus, Scrivitores, Moldina, Arbores, Sylvæ. fol. cod. n. 629.

Immobilibus æquipollent annui redditus de Camera vel Cavena, & alij ad annos saltem decem. Item actiones reales & personales ad rem immobilem tendentes. fol. cod. n. 630.

In consequentiam rei feudalis veniunt omnia, quæ unā cum re venderentur, & quæ reperiuntur ibi ad hoc destinata, ad rei utilitatem capienda. fol. cod. n. 631.

Si non expresa pactum esset, quod sola superficies concedatur; tunc concessa v.g. sylvæ, vineæ: &c. etiam solum concessum centeretur, nec feudum resolvetur vinea destracta. fol. 257. n. 632.

Vestigalibus in feudum datis etiam caducitates concessa censetur. fol. cod. n. 633.

Concessio Castro etiam iuridictio annexa Castro concessa censetur, item Jus Patronatus & similia annexa. fol. cod. n. 634. Item arce data, rotæ Tropachia concessa censetur. n. 635.

Juramentum adjectum contradicti feudali putatio, per Juris errorem non obligaret, quia contradictus esset nullus. fol. cod. n. 636.

Re feudali evitâ, pretium solvendum Vafallo non esset feudale, sed allodialle, fol. 258. n. 637.

Imperator potest in feuda dare bona, quæ immediatè sunt in dominio Imperij, non solum illa que jam ante solebant in feudum a dicto, sed etiam quæ nunquam data fuerunt, vocanturque, Dominalia. item Regalia; sed sine gravi præjudicio Imperij. fol. 258. n. 639.

Feudum in discordia collatum, est in suspeso, pendens ab eventu approbationis illius Imperatoris qui contulit. cod. Etiam deposito Imperatoris feudum collatum persisteret, & a successore esset confirmandum. fol. cod. n. 640.

Omnis illi qui feuda habent, possunt hac alteri in feudum dare. fol. cod. n. 641.

Dux non potest duocatum totum alteri in feudum dare sine consentiu supreami Principis, partem autem potest, sed sine detimento dignitatis aut ditionis. fol. 259. n. 642.

In feudum date possunt omnes, qui suorum allodialium liberam habent administrationem, etiam Rustici. fol. cod. n. 643. Feminæ etiam infideudare possunt, nisi impudice vivant, & bona dispendit. n. 644.

Minores sine Curatoris auctoritate non possunt dare novum feudum, ita ut ipsi obligentur: possent tamen legitimâ astate superveniente contractum constringi. Possunt antiqui feudi investituras ab alijs Tutorum & Curatorum Auctoritate facere, quia sic non alienant. eod.

Clericus potest patrimonialia & quasi in feudum date. fol. 260. n. 645.

Prælatus perpetuus potest rem sua Ecclesiæ vel menœ (non tamen ipsas Ecclesiæ aut Monasteria) fervatis

servatis solennitatibus, cum quibusvis partis in feudum dare. fol. cod. n. 649. Item potest Terulas exiguis de novo absque solennitatibus in feudum dare, sicut & loca nunquam culta ijs à quibus recenter ad culturam redacta sunt. eod. Potest item res Ecclesiæ vel mensæ sue in feudum concedi solitas, & sibi vel Ecclesiæ apertas, denū absque solennitatibus in feudum alteri concedere. eod. Si tamen res antē inulta cultior effecta ad Ecclesiæ reverteretur, vel Ecclesiæ ad pauperatatem redacta indigeret, non permittit nova investituras nisi cum confusis alienationis solennitatibus. cod. Non potest Präclarus feudum sibi apertum personis alterius conditionis in feudum dare quam fuerint priores Vafalli, nec pacts antiquæ investitura immutare, vel nova superaddere, nisi in evidentem Ecclesiæ utilitatem, vel ob speciales merita Vafalli. cod.

Capitulum, etiam Sede non vacante, potest rem sua Ecclesiæ propriam, & non cum Episcopo communem, ad se reversam de novo in feudum dare. Sede vacante non potest Capitulum res communes infideudare. fol. 260. n. 650.

Si Dominus dat feudum seruo, facit eum liberisti Pupillæ aut Minoris datur sine Tutoris auctoritate, claudicat contractus, donec in debita astate confirmetur. fol. cod. n. 651. Si filios familias detur feudum, pater non acquirit in eo usumfructum. n. 652.

Murus, Surdus, Cæcus, Claudius, aliisque corpore viatii, feudum paternum retinent. fol. 261. n. 653.

Clericus quoque potest à Laico feudum accipere. Obsequia tamen per alium præfabit. Monachus feudum monasterio acquirit. fol. cod. n. 654.

Feudorum acquisitione per Investituras & Praescriptionem.

Investitura est basis & fundamentum Feudi, si quid in illa continetur derogans natura feudi, obtinet. Definitur Investitura; Solennis actus per quem Vafallus Domino ad fidem obligatur, & in rei feudalis possessionem mititur. Impropriæ fei abusiva est, quando dominus alio in loco quam in praesentia rei feudalis, vel non tradita possessione Gladium, Hastam &c. porrigit, dicit se investire. fol. 262. n. 655. Per abusivâ investiturâ non inducit vera possessio, sed datur vasallo licentia apprehendendi propriâ auctoritate possessionem. n. 656.

Ad abusivam investituras requiritur pro solennitate, ut fiat vel intervenientibus Paribus Curia, vel per breve Teltatum à Paribus Curia subscriptum, si Dominus adhuc in possessione est: si vero Vafallus, sufficit ab extraneis esse subscriptum, ut probet. Quæ solennitas etiam sequitur, quando Clerici investituras de bozis proprijs. Nam si de rebus Ecclesiæ, valet investitura etiam testibus extraneis adhibitis. Defectus Parium Curia per extraneos supplerit. f. 263. n. 657.

Domino inficiante investitura facta, si convincatur de mendacio, sufficitur investitura etiam non solemniter facta. eod. Si Dominus proberet, defuisse Pares Curia, potest feudum revocare, etiam si instrumentum subscriptum sit ab extraneis. eod.

Si Vafallus per annum possidet sciente & paciente domino, creditur Vafallo juranti se investitum esse; si minus anno, requiritur juramentum purgatorium. f. 264. n. 658.

Per abusivam Investituras tunc acquiritur possessio & dominium, quando in praesentia rei feudalis facta est investitura. f. cod. n. 659. Alioquin si non esset collata possesso investitio abusiva, & alius realiter investitus, iste preferetur, nisi secunda investitura facta esset in fraudem prioris, vel si prior pro pretio, secundus gratis investitus esset. n. 660.

In re homogenea sufficit partem possedisse, non item in heterogeneis, nisi principale possidum esset, & cetera essent accessoria. f. 264. n. 661.

In dubio presumitur facta possessionis translatio per Investituras abusivam. f. cod. n. 662.

Clauſula investitura inſeti ſolita: Salvo jure alterius: liberat dominum ab obligatione de eviſione. f. cod. n. 663. Clauſula: eo modo quo priores habuerunt: si non conſet de modo, habetur prior non adjecta. n. 664. ubi vide limitationes. Clauſula: proper merita, & servitia prefata: hoc operarur, ut feudum nec Vafallo nec posteris poſſit ob ullam feloniam auferri. num. 665. ubi vide plures clauſulas utiliter adjiciendas.

Ignoranti Vafallo a quo fit investitodus, Jure Bavario confitit Judge terminum intera quem inquirat dominum: eo non reperto, jurejando hoc ipsum affirmabit, quo præfato, per annum & diem fructus feudo: & neccum reperto domino iterum in Judicio comparebit: quo factò accipiet investituras à Princeps: si postea compareat dominus, feudum deinceps concedet. f. cod. n. 666.

Si Vafallus abusivè investitus non potest consequi possessionem, potest dominum convenire vel ad intereste, vel ad aliud equivalentem concedendum, vel ad estimationem. f. 265. n. 668.

Successor Domini Laici tenetur investituras conditionatae, & in eventum aptionis factam confirmare, non item successor Clerici in beneficio. f. cod. n. 669. ubi vide diſparitatem.

Ex pluribus filiis aut Successoribus singuli investituras petere debent, nisi in divisione ad unum solum devenient. f. cod. n. 670. ubi aliqui casus.

Renovatio investitura est feudi legitime acquisitioni, ob dominum aut Vafallum mutatum, solenniter promissione fidelitatis interveniente facta confirmatio. f. 266. n. 671. Renovatione opus est, si vel dominus feudi, vel Vafallus mortuus est, vel alia ratione mutatus. eod.

L 3 Si emptor

Si emptor dominij directi moriatur, superflite venditore, non petet vasallus ab herede emptoris investituram, quia prior sufficit. fol. 266. n. 672.

**Renovatio** Investitura ultra petenda est vasallo vel successore, nec expectanda. Causa. fol. cod. n. 673. Soli immediati, ad quos feudum aliquo modo pertinet, petere debent investituram. 674. Cui accrescit alterius non investit pars, non tenetur renovationem investiture petere, si jam ante in sua parte fuit investitus. 675.

Puberrati proximus non tenetur sub pena cedutatis petere investituram ante completem decimum quartum annum, fol. 267. n. 676. In feudo individuo excusabitur major intuitu minoris ob neglectam petitionem renovationis. n. 677. Quatuordecim annorum etas etiam feminis conceditur. cod.

Quamvis derigore posset renovatio per procuratorem peti, si tamen ex rationabilis causa requireretur vasalli presentia, deberet comparare, & consuetudo habet, ut ipse compareat. fol. 267. n. 678.

Petenda est renovatio ab immediato domino, etiam pupillo, sicutem ab illo, quem suo nomine dominus constituit. Idem dicendum de subinventito. fol. cod. n. 679.

Si plures sint immediati domini, sufficit peti renovationem ab uno, quem ipsi elegerint, vel si non eligunt, quem vasallus eligit. fol. cod. n. 680.

In Imperio consuetudo habet, ut pro instrumento renovationis aliquot floreni, non quidem domino, sed Cancillaria solvantur. Jure Bavaro 7. fl. 14. fr. fol. cod. n. 681.

Posset renovatio fieri etiam extra territorium Domini, sed perenda est in loco consueta habitacionis, aut si non procul ab sit. fol. 268. n. 682. In specie jure videtur testes, saltem extranei, requiri, cod.

Ad petendam renovationem indulgetur paganis annus & dies, militibus annus & mensis. Intra quod tempus tenetur nihilominus vasallus ad servitiam. fol. cod. n. 683. Incipit tempus currere a die Scientiarum, quod feudum sit apertum, & ei continuum etiam quod dies feriatis, sed tamen usque. n. 684. Non potest Vasallus, de rigore juris, purgare moram celeri satisfactione. n. 685. Si dominus perentem vasallum negligat investire, non videtur propterea cadere iure dominii, quamvis hoc plures petent: quorum autoritatē si defendunt est, incipiet domino tempus currere à die petitae renovationis. n. 686.

Si vasallus intra hec tempus moriatur, successori redintegritur. fol. 269. n. 687. Anidem dicendum, si dominus intra illud tempus moriatur, committit afferit, etiū dubitari posset. cod.

Si ob iniurias non potest Vasallus tuto adire dominum, non tenetur. Renovationem investitum petere per Procuratorem, nisi iniurias culpā

Vasallus contracta essent, quo tamen casu non tenetur cum periculo in propria persona adire. fol. 269. n. 689.

Minor potest neglectā petitione juvari per Restitionem in integrum. f. 280. n. 690.

Si Vasallus privatus esset feudo ob neglectam petitionem ex communī errore, quod Dominus esset mortuus, qui tamen postea compararet, esset postea restituendus: quia contemptus affectivus non sufficit. f. cod. n. 691.

Si feudum sit hereditarium, Vasallo incipit tempus primitum currere post aditam hereditatem. f. cod. n. 692.

Pendente electionis iure post defunctum dominum, v.g. Regem vel Praelatum, tempus Vasallo non currit, cod.

Quodvis feudum, & contra quemvis, praescribit tempore immemoriali. Contra verum Vasallum tempore ordinario, vel Ipatio 30. anno. Praescriptio contra verum Vasallum in feudo hereditario nocet filii Vasalli, non item in feudo ex providentia, quod etiam post 80. annos revocari potest. Habens titulum à domino feudi, praescribit feudum contra dominum tempore Ordinatio, habens titulum à Vasallo, 30. annis contra dominum. f. cod. n. 693.

#### Feudalis Fidelitas inter Vasallum & Dominum.

Juramentum fidelitatis non obligat ad servendum domino in casu, quo Pater vel alia virtus prohibet obsequium praefatam, v.g. contra parentes: quamvis non repugnet, licet in fieri huiusmodi obsequium salvā pietate. f. 271. n. 695.

Si quis habeat successivē feuda à diversis, prior est preferendus ex communī opinione, quamvis defendi possit, neutrū alteri preferendum. fol. cod. n. 696. & f. 273. n. 703.

Contra sanguine junctos non videtur obligare juramentum pro casu, quo quidem licita essent obsequia, sed adeo naturali affectui repugnantia, ut mortaliter esset inobliviable. f. cod. n. 698.

Obligationes Vasallii reducentur ad sex, que his verbis indicantur: Incolute, Tuitum, Honestum, Utile, Facile, Possibile. f. cod. n. 699.

Vasallus debet etiam pro viribus impeditre, ne dominus ab alijs ledatur, & servire debet eidem etiam offensive se habenti. cod.

Obligatur Vasallus, etiam non expressa obligationum mentio facta esset, nisi expressè remittatur. f. 273. n. 700.

In privata rixa, tendente ad privatam vindictam, aut in illicet scuello, non tenetur assistere & juvare. cod.

Teneret juvare dominum sua defendantem etiam extra territorium, modò bellum geratur remoto à possessionibus vasalli. tenetur etiam propriis impensis, si feudum sit pingue, & bellum non geratur procul. fol. cod. n. 701.

Vasallus

Vasallus Vasallus debet suo immediato prestare servitia, etiam si dominus principalis bellum gerat. Vnde vi. f. cod. n. 714.

Habens Feuda à diversis, simul tamen servitia requirentibus, tenetur singulis servire si potest, secus, antiquiori: si hoc non constet, primò requiri: si simili requirant, magis indigo, aut cuius feudum pinguis est. fol. cod. n. 702.

Si plures Vasallii ejusdem feudi sint, & servitum dividuntur, quivis pro rata servitum debet: si dividuum, eligent unum idoneum, qui omnium nomine exhibeat. fol. cod. n. 704.

Fuedo ipsi domino oppignorato & tradito, liberatur Vasallus à servitiis. cod.

Non ad servitia cum certissimo vita periculo proxime coniuncta, fol. 274. n. 705.

Casu quo dominus indiget servitū, nec tamen potest Vasallus requiri, tenetur Vasallus ea praestare etiam non requisitus, alioquin est requirendus, & quidem tribus vicibus, ut in mora constitutur, & insuper indulgedium tempus se prandii. cod.

Si Vasallus nimis difficile foret in propria persona ea praestare, liceret per subfuturum. Quodsi minus habilis mittat, non committeret feloniam, nisi dominus contra protestetur. cod.

Si Vasallus maluerit dimidiā partem reddituum illius anni praefare, non tenetur ad alia servitia. f. 274. n. 709.

Ut contra praestanda servitia prescribatur, necesse est, ut dominus requiriverit, & Vasallus bona fide non praesriterit, vel dominus alios Vasallos vocaverit, non item hunc intra 30. annos. f. cod. n. 710.

Si Vasallus servia longissimo tempore non totā integrat, v.g. solū cum duobus equis, cum debet cum 4. praescribit libertatem, si dominus ignoravit sibi deberi cum 4. equis servitum: si verò ideo non requirivit, quia non indigebat, & Vasallus praesit, tanguam partem obsequij debiti, nihil praescribit. cod.

Dominus merenti stipendium militare apud alium, non tenetur Vasallus servire. f. 275. n. 711.

Licitum est Vasallus fugere in prælio, si alioquin certò occendus est, etiam ex occasione hujus fugae Dominus interficiatur: sed casus est vix possibilis, cum teneat subire commune periculum cum domino, cod. Fugiente domino in prælio, licetum est etiam vasallo fugere: non tamen sub praetextu, quod per suam fugam non augetur periculum domini. f. cod. n. 712.

Tenetur Vasallus arcere inimicos domini, hospitium illis denegare, ab eorum & suis inuidine absistere, illis per le suosque manere. f. cod. num. 713.

Vasallus non tenetur Dominum egentem alere, aut captum redimere, nisi propter Vasallum ad inopiam redactus esset: & tunc tenetur solū ex fructibus feudi. cod.

Vasallus non potest contra dominum instituere Actionem famosam, bene tamen Interdictum, Vnde vi. f. cod. n. 714.

Sine sufficienti fundamento afferit, quod Vasallus teneatur conferre ad dotandum filiam domini non habentis, unde dote. f. cod. n. 715.

Tenetur Vasallus domino concedere servitum Itineris & Via per fundum feudalem ad fundum domini absque pretio, si aliter non possit sine incommode pervenire. f. cod. n. 716.

Vasallus tenetur domino petenti non solū Investituram & titulum possessio[n]is exhibere, sed etiam fines & terminos indicare. f. 276. n. 717.

Vasallus tenetur dominum transeuntem hospitio excipere, & virtualia pro pretio dare, nec licet exigere vestigia. f. cod. n. 718.

Dominus econtra tenetur Vasallo auxilia praestare, abstinere ab accusando ( nisi Reipublicæ bonum exigat) aut testimonium exhibendo, aut advocando. &c. f. cod. n. 719.

Dominus non potest invito Vasallo proprietatem alienare. f. cod. n. 720.

Feudorum acquisitio per Successionem & Jus accrescendi.

Ab initio nulla dabatur in feudo successio, potest moribus & legibus introducta & extensa. Non haber locum in feudis personalibus. In feudis Regalibus etiam successio introducta est, exceptis personalibus. f. 276. n. 721. & seqq.

Successio in feudo ex Providentia est singularis, in hereditario universalis. f. 277. n. 722.

In feudo hereditario nec filius nec agnatus potest repudiata hereditate succedere. Filius autem non quidem in feudo ex Providentia potest succedere repudiata hereditate, ob reverentiam patri debitam. f. 277. n. 724. & seqq.

Ex feudo hereditario tenetur Vasallus etiam confessio inventario ad solvendum ex alienum, si alioquin non sufficiant. Quod etiam procedit in feudo mixto, in quo soli masculi succedunt. fol. 278. n. 729.

In omnibus calibus in quibus habet locum Jus accrescendi, post portionem jam semel acquisitam & amissam, multò magis habet locum Jus accrescendi ante portionem acquisitam. f. 279. num. 730. Si gratia promissa est feudum, Jus accrescendi locum non habet ante portionem quæsum, bene tamen, si pro pretio competente. n. 731.

In feudo novo regulariter & per se loquendo non est locus juri accrescendi, sicut nulla est lateraliū successio: nisi in ultima voluntate pluribus conjuncti certa res iure feudi legata esset; vel in investitura concessum esset, vel nisi res inividua pluribus cædem formulā concessa esset: sed tunc ultimam portionem accrescentis domino solvenda est. f. 279. n. 732. & seqq.

In feudo antiquo locus est juri accrescendi, quamvis succedens cædem portionem simul etiam jure